

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

I. Vniversa propemodum Ethnicorum Theologia ex Mose, Mosisve actis aut
scriptis manavit:

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

56

eo legationis postulasse; tum prodigia Mosem edidisse prope eadem quæ in Exodo narrantur; his regem valde perterritum, copiam Ebreis abundificisse; caue imperata, & spoliatis Ægyptiis aufugisse Ebraeos, & observato à Mose Maris Rubri recessu, uti quidem memorant Memphite, incolumes trajecisse; juxta Heliopolitanorum vero sermonem, diviso mari à Mose, vi mirificæ illius virgæ; quo cum incauti se se intulissent Ægyptii, aquis fuisse obrutus: at in deserto per annos triginta errasse Ebraeos, cum manna cælesti alerentur: procerum fuisse Mosem, rufum, canum, capillatum, maiestate oris venerandum. Hæc Artapanus isto loco, & quibus nonnulla apud Clemensem, & in Chronico Alexandrino reperiuntur.

*Clem. Alex.
Strom. I.*

Thalli.

*Histiai,
Iol. An. I. c. 5.*

Lysimachi,

*Joseph. I. I. &
2. contr. Apion.*

Poëmatissima-

Phœcy-

nomen præscribit;

Mosaicis quidem

præceptis manife-

stis perspermum,

quorum partem

lidi adscripti,

adnotavit Josephus

Scaliger in

Animadver-

bionibus Euſebianis,

partem nos quoque ob-

ſervavimus;

fed quod Hellenista

Judei videtur

esse fetus, aut

Christiani potius fatis

recentis, ut pote

cujus veterum Patrum nullus omnino meminerit.

Locum hic ergo

fuum, nominis solum ratione tueri potest,

quod vetus alter Poëta gesit, Simonidis,

Theognidis, & Anacreontis æqualis.

Onkelosi, Jo-

nathapis,

Hierosolymi-

tani Interpre-

tis, Hagi-

ographorum

paraphrasis,

Syri Inter-

preptis, Aqui-

la, Theodo-

tioris, Sym-

machi, Hie-

richantina,

& Nicopoli-

tana interpre-

tations.

Conf. Or. ad

cet. Sauct. c. 27.

Hec, apud Jof.

Ant. I. 12, c. 2

& Euf. Pr. I. 8, 3.

LX. Mosis, circa Ogygis & Inachi tempora Judeorum ducus ac principis, mentionem extitisse in Syriaca Thalli historia testis est Justinus in Parænæsi.

LXI. De campo Sennar in Babyloniam situ disserit Histiaeus Milesius Phoenicæ

LXII. Mose & promulgatas à Mose leges calumniis & maledictis proscidit

Lysimachus quidam incertæ ætatis & originis, quem conjectant nonnulli Alexandrinum esse Lysimachum, Thebaicorum auctorem. Fabulatur ille Judeos, dum in Ægypto agerent, Bocchori regnante, lepros ac scabie languentes, morbi huc in vulgus ita diffudiisse, ut sterilitas consequeretur. Quibus malis ut occurreretur, ex Ammonis responso Bocchoris iustissime in mare argos demergi, reliquos in desertis locis expositos, Mose duce in Judæam aufugisse. Atque id commentum variis mendacibus exornat. Sed ea demum à Jofepho explofa sunt.

LXIII. Ægræ recensimus in hac serie *νερόνων* Poëma, quod Phocylidis sibi

τονοῦ Phœcy- nomen præscribit; Mosaicis quidem præceptis manifeste perspermum, quorum partem

lidi adscripti, adnotavit Josephus Scaliger in *Animadver-*

bionibus Euſebianis, partem nos quoque ob-

ſervavimus; sed quod Hellenista

Judei videtur

esse fetus, aut

Christiani potius fatis

recentis, ut pote

cujus veterum Patrum nullus omnino meminerit.

Locum hic ergo

fuum, nominis solum ratione tueri potest,

quod vetus alter Poëta gesit, Simonidis,

Theognidis, & Anacreontis æqualis.

LXIV. Huc addam Chaldaicas Paraphrases Onkelosi, Jonathanis ben Uziel,

Hierosolymiani Interpretis, & Josephi Cæci, cui Hagiographorum vulgo adscribitur

Paraphrasis; Syriacam quoque Veteris Testamenti interpretationem; et si ambigua

horum ætas est & controversa: Aquilam præterea Sinopeum, Theodotionem Ephe-

sium, profelytum utrumque Judeum, & Symmachum Samaritanum; quorum primus

imperium tenente Hadriano; alter sub Marco Aurelio, vel Commodo, vel prius

etiam; & tertius demum sub Commodo, & iterum sub Severo, Libros facros Græco

sermone repræsentarunt. Reperta quoque sunt Scripturae sanctæ interpretationes due;

altera Hiericunthe sub Caracalla; Nicopolis altera sub Alexandro Mammitæ filio.

Ex hoc Auctorum censu manifestum est, à proximis usque Mosaicis ævo temporibus

ad adultum jam in orbe Christianismum, pervulgatum fuisse Mosis nomen, & scri-

ptæ ab eo historiæ ac conditæ Legis vestigia palam extitisse; vereque dixisse Constan-

tinum Imperatorem, Mose reliquos omnes, qui ante ipsum vixerant, sapientia adeo

superflua, ut qui deinceps inter Ethnicos clariores fuerint Sapientes & Philosophi,

sapientiam ejus sibi imitandam proposuerint: e contrario autem longe à vero aber-

ratiſe Hecatæum Abderitanum, cum scriptis nullum vel Oratorem, vel Poëtam, vel Hi-

storicum Ebraicæ Legis meminisse.

CAPUT TERTIUM.

I. Universa propemodum Ethnicorum Theologia ex Mose, Mosisve actis aut scriptis manavit: II. velut illa Phœnicum. Tautus idem ac Mose.

III. Adonis idem ac Mose. IV. Thammus Ezechielis idem ac Mose.

V. πολυάρχος fuit Mose. VI. Murnas Gazenium Dens, idem ac Mose.

Universa propemodum Ethnicorum Theologia, ex Mose, Mosisve actis, aut scriptis manavit:

L. **E**T si ea, quam contextuimus, testimoniorum series, sive quæ nobis Scriptores sacri, sive quæ exoticæ suppeditant, ulquequaque cohæreat, neque ullæ prorsus parte dehiscat, eaque, juxta instituti operis leges, ad demonstrandam Mosis, Mosaicorumque scriptorum antiquitatem & γνῶσην possit sufficere; alio tamen insuper utemur genere probationum, ac priscos illos gentium Deos & Heroas, quicunque per universum fere orbem culti sunt, earumdem etiam conditores plerisque ac legumlatores, totamque Ethnicorum Theologiam, ex Mose ipso, Mosisve actis, aut

aut scriptioribus manasse demonstrabimus. Quo arguento vix validius ullum, aut splendidius, ex eorum genere quæ ratio suppeditat, ad fanciadam Scripturæ sacræ dignitatem reperiæ queas. Nam quid in causam nostram magis prodefe possit, quam si planum fiat vetustissimas & optime constitutas civitates hunc ut Deum coluisse, Deumque habuisse, qui summi quem nos colimus Dei servum se profiteretur? Hoc autem ne cui incredibile videatur, aut mirum, attendat primum Israëlitæ Aegypto reducens, postquam promissam sibi à Deo Chananeam, velut postlimino repetitam, armis occuparunt, veri Dei cultum à Moysi sibi traditum inter vicinas gentes pro sua pietate propagasse; nec aliter fieri potuisse, quam ut Phœnicum Theologia Mosaicis dogmatis imbueretur. Quemadmodum enim ex genti utriusque, Judæorum, inquam, & Phœnicum commercio & vicinitate factum est, ut Israëlitæ, sanctæ licet & divinæ legis mysteriis instituti, haudquaque immunes se Phœnicæ impietatis labi tuerentur; ita longe facilius evenit, ut tot portentis asseriti Mosaicæ doctrinae veritas Phœnicum animis illaberetur: cum præsertim è Chananea gente plerique in media Judæa inter ipsos Israëlitæ diu incolumes permanerint: velut familia meretricis Rahab, Gabonitæ, Jebusati, aliisque complures. Itaque posterioris ævi Scriptores utramque gentem confuderunt; atque ipsi etiam Phœnices se à Mari quondam Rubro in Phœniciam fuisse transgressos commemorabant: quod de Judæis audiverant, ad se pertinere existimantes. Hoc etiam facilius Israëlitæ religionis notitiam habuit Aegyptus, per tot annos Ebraeorum hospes, altrix, & domina; & post eorum secessionem crebris deinde commerciis, foederibus, connubii, bellis, exiliis, peregrinationibus, eidem genti permixta. Idem prope de Persis dicas, Assyriorum ac Babyloniorum successoribus, per quos domiti Israëlitæ, & in Orientem migrare jussi, diutinam inter eas moram traxerunt; pars etiam illic in perpetuum consedit. Ex Perside porro stricture quædam Ebraicæ doctrinae in vicina Indiæ tenebris fulerunt. Per Phœnices vero & Aegyptios ejusdem disciplinæ aura Græci, ac pleræque per Occidentem maritima gentes, per Græcos Romani afflati sunt. Atqui dignum erat oblate veritati integratam suam servare, quod longe fecus evenit: eam quippe tot fabularum involucris obseperunt, ut vix tandem explicari, & perplexis fabularum nodis expediri queat. Nos id jam prius monuerat Scriptor Machabæi prioris, cum diceret: *Expanderunt libros Legis, i. Mach. 3, 4.*
de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum. Ex quibus intelligat Lector non inanem nos operam sumere, nec industria nostra excercenda gratia, aut *σοζα-*
στηνα, ostendat, sed unius veritatis studio duos, vetusta gentium numina in sacris Voluminibus querere. Verum res ipsa faciet indicium.

II. Ac initium capiemus à Phœnicibus, in quorum antiquitatibus Mosem latenter deprehendere licet sub Taauti persona, qui Deus ab ipsis habitus est. Quam multa ei cum Mose convenient, jam supra breviter ostendimus, cum ageremus de Sanchoniathone; & idem quoque tam certis infra evincemus rationibus, cum de Thoyth Aegyptiorum (quem Mercurium esse Græcorum, & Taautum Phœnicum non semel affirmant Philo Byblus & Porphyrius) differemus, ut nullus dubitatio nisi posit locus supereſſe. Nunc pauca hæc præmittemus in antecessum, unde rei veritas liquido cognoscatur. Aegypti regem fuisse Taautum narrat ibidem Philo: Mosem paterni regni successorem destinaverat Thermuthis Aegyptiorum regis filia; ei-
que rex ipse diadema suum imposuerat, ut legitur apud Josephum: atque hunc etiam οὐρανόν, Κυπρίαν, ερωτήστε Clemens appellat. Sapientia inter Phœnices præstitisse Taautum tradit Porphyrius in libro de Judæis: eruditum fuisse Mosem omni sapientia Aegyptiorum Acta Apostolorum indicant. Literarum repertor Taautus creditus est: idem de Mose tradiderunt Eusebius, Theodoretus, & Isidorus, ut jam à me notatum est. Cum gentium origines ab orbe condito Sanchoniathon veller cognoscere, Taauti commentarios consuluit, quibus Cosmogonia continebatur: Mose initia gentium à mundi exordio diligenter est persecutus. Primus quæ ad Dei pertinenter cultum, Taautus retulit in literas; primus retulit & Moses. Sacras appellat Porphyrius Taauti lucubrationes: sacris notis inscriptæ erant Columnæ Mercurii, & ex iis descripti fuerant sacri Aegyptiorum libri, quibus Mosis, ut superioris observavi, doctrina explicabatur. Prima rerum exordia Chaos & Spiritum ponit Sanchoniathon, Taauti disciplina eruditus: hæc ex Mosaicæ Genesio initio sunt manifeste deprempta: ut & alia pleraque, quæ à Bocharto adnotata prætereo. Unam repetam Abrahami, Saræ, & Iaaci immolandi historiam, quam sub Israëlis, five Saturni, Anobret, & Jehud nominibus exponi, à Porphyrio ante Bochartum notavit Scaliger. Et Jehud quidem esse, Ταῦτη, Unigenitam, uterque vidit. Anobret alii aliter interpretantur; optimè Bochartus, *Ex gratia concipientem*. Israël positum mihi videtur pro, ἡ, sic enim Saturnum dictum docet ibidem Philo Byblus Sanchoniathonem interpretans. Nam Li-

velut illa
Phœnicum.
Taautus identis
ac Mose.

Phil. Bybl. &
Porphyri. apud
Euseb. Pœp.
Evang. libr. 1.

Joseph. Antiq.
libr. 2, cap. 5.
Clem. Alex.
Strom. 2.
Porphyri. apud
Euseb. Pr. Ev. 1, 7.
Act. 7, 12.
Euseb. apud
C. Al. Strom. 1.
Theodoret, in
Gen. Interpr. 61.
Isidor. Orig.
libr. 1, cap. 3.
Porphyri. apud
Euseb. Præp.
Evang. libr. 1.

Boch. Chan.
libr. 2, cap. 2.

Scal. Fragm.

P. 48.